



significare internum cordis affectum & plenam ex animo  
 uoluntatem cum totum quidquid in nobis est suscipitur a roga  
 to, alias aut om̄i liberi uiscera sunt parentū. SINE CON  
 SILIO AUTEM TUO NIHIL UOLU FACERE UT NON QU  
 SI EX NECESSITATE BONUM TUUM ESSET SED UOLUN  
 TARIUM. Hoc quod a plerisq; quaeritur & saepissimae  
 re tractatur quare d̄s hominū faciens non eum bonū  
 rectumq; considerit de presentis loco solū potest. Si  
 enim d̄s uoluntarie & non ex necessitate bonus est debuit  
 hominem faciens ad suam imaginem & similitudinē facere  
 hoc est ut ipsum uoluntarie & non ex necessitate bonus es  
 set; Quia ut adferunt in eum debuisse fieri ut malum re  
 cipere non possit hoc dicunt talis debuit fieri qui ex necessi  
 tate bonus esset & uoluntate, quod si talis fuisset effectus qui  
 bonum non uoluntate sed necessitate perficeret non eēt  
 d̄s similis; quindeo bonus est quia uult non quia cogitur;  
 ex quo manifestum est rem eos in se postulare contrariā;  
 nam ex eo quod dicunt debuit homo d̄s similis fieri illud  
 potuit ut liberi fieret arbitri sicut d̄s ipse est; ex eo aut quod  
 inferunt talis debuit fieri qui malum recipere non possit & d̄s  
 necessitate in bonum importat, illud uoluit ut homo d̄s si  
 milis fieret; potuit itaq; & ap̄t̄s paulus absq; uoluntate  
 philemonis honestum sibi in ministerium retinere sed si hoc  
 sine philemonis uoluntate fecisset bonum quidem eret